



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 89. Papa Ladislai literis pro non impedienda ejus libertate interpellatus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. A.C. 1452. miam Podiebracio, Austriam vero Ulrico Cilliæ Comiti Avunculo suo commisit. Displicuit Cæsari, ejusque fautoribus Cillejensis Comitis administratio, quocirca eum a gubernandi munere removit, causatus, quod Regem quasi in sua potestate habens, cuncta pro arbitrio gereret.

§. LXXXIX.

Papa Ladislai literis pro non impedienda ejus libertate interpellatus.

*Æn. Sylv.
Hist. Boh.
c. 60. & 61.
Europ. c. 22.
Epist. 404.*

Papa Friderici partes tuebatur, nilque intentatum relinquebat, ut eidem Ladislai pueri tutelam denuo assereret, intentatis quoque minis prohibens, nequis hac super re Cæsarem impediret. Verum Viennensis Academiae, quæ tunc temporis Austriacis favebat, sententia decisum est, per appellationem ad futurum Concilium suspendi posse Romani Pontificis mandata. Ipse quoque Ladislaus, suadente Casparo ejus Moderatore, qui ejusdem erat opinionis, ad summum Pontificem literas dedit, his pene verbis:

„ Percepi Sanctitatem tuam adversus
 „ eos, qui pro mea in Austria liberatio-
 „ ne laborant, nonnullos processus de-
 „ creviffe. Precor ut eos revoces; Id
 „ enim erit officii tui, cum scriptum sit,
 „ pupillo & Orphanó adstabis. Id nisi
 „ fece-

„ feceris, compelles me ad majores Ju-^{Sæcul. XV.}
 „ dices appellare. „ Igitur Ladislaus, ^{A.C. 1452.}
 præterhabitis Friderici querelis, & Pon-
 tificis comminationibus, suam conserva-
 vit libertatem, Comes quoque Cillejensis
 eodem ferme tempore Austriæ admini-
 strationi restitutus est.

§. XC.

*Parisiensis Universitas ab Estoutevilla
 Cardinale restaurata.*

Anno præcedenti Nicolaus Papa Estou-^{Gaguin. l. 10}
 tevillam Cardinalem Legatum in ^{Monstrelet}
 Gallias decreverat, ut pacem Henricum ^{vol. 3.}
 inter, & Carolum VII. conciliaret. Ast
 cum Henricus bello, quod tamen Anglis
 infauftum fuit, obfirmato animo insiste-
 ret, Legatio successu suo frustrabatur.
 Nihilominus Cardinalis omnem suam,
 Galliarum Regis jussu, operam in id im-
 pendit, ut a Parisiensi Academia abusus
 omnes, quibus tunc obfuscabatur, pe-
 nitus eliminaret, quod & feliciter confe-
 cit, dum eam optimis, quæ adhuc in in-
 timo Academiæ tabulario asservantur,
 legibus instruxit, cunctosque, qui decre-
 torum a se conditorum transgressores
 existerent, anathematis poenæ obnoxios
 fore, die prima Junii declaravit. Porro
 hujus Purpurati Pater erat Joannes se-
 cundus ejusdem nominis Princeps de E-